

1. Exsúrgit De- us, et dissi-pántur in-i**mí-** ci **e-** ius ; *



et fú-gi- unt, qui odé-runt e- um, a fá- ci- e e- ius.



Psál-li-te..*Flexa:* nómi-ni e-ius ; †

2 Cantáte Deo, psalmum dícite nómini eius ; † iter fácite ei, qui fertur **su**per **nu**bes : * Dóminus nomen illi. *Ant.* Psállite Dómino.

3 Iubiláte in conspéctu eius ; † pater orphanórum et iudex **vi**du**á**rum, * Deus in habitáculo sancto suo. *Ant.* Psállite Dómino.

4 Ascendísti in altum, captívam duxísti captivitátem ; † accepísti in **do**num **hómi**nes, * ut étiam rebélles hábitent apud Dóminum Deum. *Ant.* Psállite Dómino.

5 Benedíctus Dóminus **di**e quo**tídi**e ; * portábit nos Deus salutárium nostrórum. *Ant.* Psállite Dómino.

6 Deus noster, Deus **ad** sal**ván**dum ; * et Dómini, Dómini éxitus mortis. *Ant.* Psállite Dómino.

7 Vidérunt ingréssus **tu**os, **De**us, * ingréssus Dei mei, regis mei in sancta. *Ant.* Psállite Dómino.

8 Manda, Deus, vir**tú**ti **tu**æ ; * confírma hoc, Deus, quod operátus es in nobis. *Ant.* Psállite Dómino.

9 A templo tuo **in** Ie**rúsa**lem * tibi áfferent reges múnera. *Ant.* Psállite Dómino.

10 Regna terræ, cantáte Deo, psállite Dómino, † psállite Deo, 34. qui fertur super cælum cæli ad **ori**é**n**tem ; * ecce dabit vocem suam, vocem virtútis. *Ant.* Psállite Dómino.